

Jakob Börger Anton Tristram

Theses Metaphysicae, De Existentia, Nomine, Dignitate, Obiecto Et Divisione Metaphysicae

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730581802>

Druck Freier  Zugang



RU phil 7668
Jacob Bürger
Anton Tristram

DEO TRIUNO AUSPICE!
THESES METAPHYSICÆ,
DE
EXISTENTIA,
NOMINE, DIGNI-
TATE, OBJECTO ET DIVI-
SIONE METAPHYSICÆ,

Procœmiales;
indultu

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ,

in

almâ Varniacâ & Rosarum Academiâ,
ad ventilandum proposita,

à

PRÆSIDE

M. JACOBO BÖRGERO,

Regiom. Boruffo.

RESPONDENTE

ANTONIO TRISTSRAM,

Waldecciâ Westph.

in Atrio Majori, Anno 1808 μωσωνηϊας, 19 Ιου LXXVIII.

Ad d. 27. Junii, horis matutinis.

ROSTOCHII,

Imprimente JOHANNES KILIO, Univers. Typogr.

Facultatis Theologicae,

VIRIS

Maximè Reverendis, Excellentiss: Ampliss: atq; Doctissimis

Dn. Spectabili Decano, Dn. Seniori, cœ-

terisq; Dominis Doctoribus Theologis,

Dominis suis gratiosissimis, Fautoribus ac Promotoribus

atatem colendis

Salutem dicit humillimè, plurimam

PRÆSES.

Consecro Vobis, Viri verè inclyti, *γύμνασμα* hoc Philosophico-Metaphysicum. Vobis, inquam Viri, ob officii, quo fungimini, sanctitatem, maximè Reverendis, imò ob muneris Vestri laborem sacrosanctè bipartitum (estis enim *καθ' ἑαυτὸν ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλία*, tum concionando, tum profitendo solertissimi) *διπλῆς τιμῆς ἀξιοθρονημένοις*, Excellentiss. Amplissimis. Vobis, Viri, ob vitæ sanctimoniam, morumq; haud mangonizatam elegantiam *ἀνεπιλήσιμη* ac inculpatis. Vobis omnis literaturæ culturâ non solum instructissimis, crebrò itidem Scientiarum exercitiò consolidatis, atq; inde *ὀρθοτρομοὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας*, hoc est Orthodoxis; sed & *τῆς ἀνιλέτητος ἐλέγχων δυναμίς*, singulari industriâ, scriptisq; nervosis Veritatem cœlestem, ceu fidei ac animarum nostrarum sacram anchoram sedulò propugnantibus. Vobis adeoq; Viris, & Ecclesiæ, & toti huic Civitati, imò exteris quoque Academiis, Provinciis atque Regionibus *σύλοι ἐν αἰδοῦσι*; columnis, quibus Scholæ, (ut veluti seminaria Dei persistant) curiæ (ne pietas inde exulet) resq; domesticæ, vestris suffultæ precibus, inniuntur. Ecquis ejusmodi Luminum claritate illuminari non exoptet? Ecquis consortia talium Gamalielum non gestiat adofculari, atq; quovis observantiæ caractere gratitudinem suam illis debitam declarare? Mihi autem licuit, (singulari, fateor, Dei instinctu atq; moderamine) esse tam felicem, ut in Theatrum hoc illustre Varniacum devolutus, Vos, Viros Magnificos intueri, Vos compellare, Vos profertentes audire, copiam habuerim, prout hodie dum, largissimam. Quo ipsò adeò devinctum me Vobis reddidistis atq; obstrictum, ut perpetuis memoriæ meæ tabulis Vestra Nomina, Vestrum in me propensum animum, vestra meritissimè insculpturus. *Τεκμήριον* autem aliquod animi mei non fucati, observantiæ Vobis promissæ, & gratitudinis meæ indicandæ proposui Vobis relinquendum. Accipite illud Disputatione hac præsentii indigitatum, proclamatum, atq; roboratum. Accipite illud, ut boni ominis, candoris, atq; benevolentiæ Interpretes religiosi, candidi atq; benevoli. Accipite illud, ceu amoris Vestri illisium longius protelandi. Valete.



Neminem, velim, invadat singulari admiratio, quod Metaphysicam peragraturus, è vestigio, omisis de Philosophia in genere Thesis Disquisitioni alicui dandis, ad illius scrutinium devolvat. Constat enim Generalia Specialioribus esse præferenda, constat quoque Philosophiam curatius in Theoreticam, Practicam & Effectivam dispeſci: Quas inter Effectiva more solito omnium prima inculcari ſuevit. Proinde reſervandam, puto, generalem Philoſophiæ enucleationem Logicæ, aciem aliàs in palæſtra Philoſophantium, quæq; tenenti. Datâ verò Dialecticæ indolem indagandi occaſione dabitur Generalis Philoſophiæ (vel aliàs etiã ſejunctim) ſuccincta delineatio. Nunc autem, ſalvo meo arbitrio, Metaphyſicum agrum Theſibus emetiendum inſumpſi; agrum ſatis amplum ſatis fecundum. Hujus limitem exaſciatum locare, laboris & penſi mihi ſumpſi portionem; aliis maximam, pro lubitu tamen cujuſvis dividendam, relinquens. Accedite qui amœnis deleſtâmini campus, accedite qui prædia exoptatis propria deducam vos ut ὄδῳδὸς in amœniſſimum Metaphyſicarum contemplationum ſtadium, ut Geometra ex iudem tum latè tum arctè petitum commenſuranda exhibebo ſegmenta, Vobis propria, Vobis utilia, Vobis præzioſa!

THESES I.

Inter Scripta Ariſtotelis Acroamatico-Theoretica primum ſibi vendicat locum *Metaphyſica* vide Ariſt. XI. Met. cap. 6. §. 28. 2. Inde cum Quæſtioni quid ſit, præcedat Quæſtio an ſit; *juxta Ariſt. I. poſter. c. 1.* rectè volvitur Quæſtio. An detur *Metaphyſica*? 3. Ita tamen, ut Exiſtentiam hanc, *Metaphyſicæ*, unâ cum ejuſdem Nominis, Dignitatis, Objecti, Definitionis, Divisionisq; conſideratione ad Partem ejus Procœmiamalem, non Eſſentialem referamus; *juxta Ariſtot. omnem libr. 6. Ethic. 1. c. 4.* aſſerentem, debere cognitionem procedere ex quibuſdam præcognitis ſeu ἐκ τῶν προγνωστικῶν.

- 1.
- 2.
- 3.

4. Equidem petitionem principii committeremus, sciscitantes Metaphysicæ existentiam, cum prima principia omnibus notissima dubiæ redderemus fidei: nisi hujus osiores per inductionem ac enumerationem horum Principiorum, in præsentî disciplina proponendorum ob id essent refellendi. 5. *Primo* enim, quædam insunt Prædicamentis, de quibus reliquæ agunt disciplinæ, quædam non insunt, quorum tractatio per inductionem nulli præter Metaphysicam competit Disciplinæ. Deinde distinctum est Metaphysicæ objectum à reliquarum Disciplinarum subjectis: Dum occupatur circa Ens, quatenus Ens. Nulla quoque Disciplina quam Metaphysica agit de Immobili. Denique habet Metaphysica Affectiones, quæ in nullis aliis Disciplinis, quam in illa, proprie explicantur: ut Unum, Verum, Bonum &c. 6. Et in specie differt Metaphysica à Logica, secus quam sentiunt Ramei: (1.) *ratione Objecti*. Illa considerat Ens (ut dictum) in quantum est tale *ἑστὸν ὄν*; Hæc tractat Ens, sed notionibus secundis substans. E. materiale est idē, formale distinctum, ut sic dicam. (2.) Logica est *ἡ ἐπιστήμη τῆς ἀληθείας*; Metaphysica a. ipsa scientia, Aristot. lib. 1. Met. c. 3. (3.) *Modus* inter hæc invicem datur alius, atque alius. Metaphysica contemplatur objectum, quatenus est extramentem; Logica autem id, quod non nisi intra mentis cancellos includitur, id est notionem secundam. 7. Influit autem Metaphysicæ occulta ratione in Disciplinas inferiores, easque dirigit. (1.) Principia ipsis suppeditando, quæ probat *tum adstructive*, terminos technologicos declarans, *tum destructive* per τὸ ἀδύνατον Principia ejaculandi adversarium stringens. (2.) Objecta iisdem adjudicando, quæ præcognoscit, quod sint, & quid significant. (3.) Rationes suppeditando ad decidendas controversias, dum formalem terminorum rationem seu abstractionem urget, applicationem universalium ad specialia instituere docet, & distinctiones utilissimas subministrat. 8. Malè proinde docet Ramus, quatuordecim Metaphysicorum Aristotelis libros nihil aliud esse, quam quatuordecim Tautologiarum Logicarum cumulos. 9. Minus iridem rectè, at sarcastice plus latis, Nobilissimam hanc arrodit Scientiam M. Wenceslaus Sehhlingius, in præfatione Concionum Mataphysicarum. Nonne, rogas, *Metaphysica dicitur cardo Sapientiæ?* O sesquipedale

incomium! Nonne cognitionis perfectio appellatur? O hyperbolicam infantiam! Nonne κατ' ἐξοχῆν Sapientia usurpatur? O ventosam gloriolam! Nonne prima Philosophia audit? O suffarminatam hyperbolen! Suum postmodum addit calculum hinc: Cruciatu est Laniena est, tortura est, carnificina est. Veritas torquetur, fides periclitatur, Ecclesia infestatur, languescit vigor fiducialis. 10. Falsissimè omnium idem ille Sehlingius in prolegom. p. 1. adstruit: per Metaphysicam/magnificam ac tremendam Mysteriorum Dei auctoritatem labesieri. Fulgura autem hæc sunt absq; pulveri & nuda verba absq; rationum pondere adducta. II. Mitiori insurgunt fulminante Jove alii, rationes quasdam pro Philosophia, imprimis autem Metaphysicæ studio abdicando allegantes: Quod nimirum Principia ejus procedant ex *Intelligentia & ratione*, Theologicis Principiis, utpote *fidei & revelationi* plane adversariis. Id quod specialiter deducunt. Metaphysicus dicit: *Impossibile est, simul esse & non esse, esse aliquid, quod non est*; seu, ut clarius hoc axioma innituntur *Physici*, tale venditantes Principium Ortum ex priori Metaphysico: *Ex nihilo nihil fit*. Huic Theologus reclamatur; *Deum ex nihilo creasse mundum*; dicit Philosophus: *Virgo non parit*, Theologus, *Maria Virgo peperit*. Dicit Philosophus: *Duo corpora eodem in loco esse simul nequeunt, neq; unum corpus duobus simul in loco*. Theologus hæc *possibilia esse per potentiam divinam ultro concedit*. Accedit deniq; quod Philosophi, imprimis subtilitatum Metaphysicarum Magistris, Patriarchæ & Monarchæ hæreticorum, à Tertull. in libr. de præscript. advers. hæret. & lib. 5. contra Marcion. salutentur. 12. Sed ad singula paucis. Et ad primum illud: *Diversitatem Principiorum contrarietatem gignere Philosophiæ & Theologiæ*; respondeo 1. *Μεταβασις εἰς ἀλλο μὲν* hic manifestam committi. Quid jubet (ut ita dicam) commixtionem Disciplinarum nulla ex necessitate conflare? Quæstio est, Num Metaphysico studio liceat navare operam? Negatur ab Adversariis. Ratione datâ, quod Theologiæ adversetur Metaphysica. 13. Hinc, si usq; quaque ad connexionem hujus mediij, Quæstioni priori accommodandam sollicitarentur Adversarii; nullam habent firmiorem copulam stringentem; quam Philosophos modernos esse Christianos, quos majorem

10.

11.

12.

13.

rem

- rem decet gerere curam Theologiæ, quàm Philosophiæ; eis hinc non convenire aliquid permittere, quod Scripturæ S. contrarietur. Cum autem hoc ex contrariis Propositionibus appareat, satius proinde esse; Philosophiam susq; deq; habere, quam Theologiæ Effata facere irrita; hac enim nos salvos, non illa reddi. 14. Sed vi-
14. de ex hisce luculentum enasci *ἡ ἀδοξία*: Est aliquid verum, sed non ubiq; (modo in Philosophia, modo in Theol.) nec semper. It: Satius est; aliquid, aliàs naturæ & rationis verum ob salutis spem credere falsum; quàm apparenter falsum cum dispendio salutis credere verum. Verum enim v. non est hoc scapham dicere scapham, rationem
15. rationem, Scripturam S. Scripturam S. 15. Disparata esse non contraria Principia dicimus, notitias illas de rebus naturalibus, quæ cognitæ sunt per lumen rationis, ab iis, quæ ex revelatione habentur.
16. 16. Sicut enim connatæ & acquisitæ notitiæ practicæ de discrimine, honestorum & turpium non sunt contrariæ, illis notitiis practicis, quæ sunt revelatæ per promulgationem legis divinæ; Sicut pariter & illæ notitiæ non sunt contrariæ, quarum una acquiritur per auditum, altera per objecta visibilia, altera per ingeniositatem propriam: Ita & notitiæ Philosophicæ, ex lumine naturæ proficiscentes, non contrariantur notitiis ex revelatione subortis. 17. Nec sequitur:
17. Ratio & intellectus humanus contrariatur Scripturæ S. E. & Metaphysica rationem & intellectum humanam implicans. 18. Aliud
18. enim est ratio humana, aliud Philosophia. 19. Illa quivis est præditus; hac non omnis. 20. Imò constat, alium fuisse intellectum humanam ante lapsum, alium post lapsum: Ille erat incorruptus, hic corruptus. Ille Philosophiæ norma esse poterat; hic minimè.
19. 21. Constat porro per Metaphysicam ac Philosophiæ studium, intellectum humanum multis modis ad perfectionem sui reduci.
20. 22. Hinc quo quis majores alit in Philosophia profectus, eo perfectiori gaudet intellectu. 23. Imprimis homo regenitus rationem suam corruptam verè potest emendare veræ Philosophiæ scrutinio
21. quam conformem dico conceptui & intellectui divino. 24. Arque sic verus est Metaphysicus, verus & Philosophus qui sua axiomata & prædicata accommodat non tantùm intellectui humano ut sies rerum essentiis correspondenti; Sed quàm maxime & intellectui divino
22. 24.

vino talem vel talem essentiam rebus imprimenti. 25. Idq; non per
 aliquam subjectionem & vim, juxta quam male quidam dicunt *Philo-*
sophiam ancillari Theologiae; sed per. & propter congruentiam &
 conformitatem intellectus humani cum intellectu divino. Confer
Greg. Nazianz. qui orat. 12. post red. hab. fol. 351. seq. egregiam
 imaginem & picturam Christiani Philosophi consignavit. 26. His 25.
 observatis, plurimas, imò omnes Enunciationes Theologicas,
 quoad τὸ ὄν, licet non omnes quoad τὸ δύνῃ possibles, genuinus
 admittet Philosophus: Impossibiles autem ubiq; negabit. 27. Sic 26.
 ubiq; negat Philosophus & in Theol. & Philosoph. dari, regenera-
 tionem naturalem eamq; possibilem; dari generationem indepen-
 dentem Physicam, eamq; possibilem, utut ultro concedat, regenera-
 tionem, sed Spiritualem, eamq; possibilem: generationem aeter-
 nam, & sic independentem, ac possibilem. 28. Quod autem Phi- 28.
 losophus τὸ δύνῃ & à priori rerum essentias omnes non rimetur;
 facit hoc ex compacto isto Scaligeri: Humanæ sapientiæ pars est,
 quædam ignorare velle; addo, non, quod non possit potentia habi-
 tudinali & passiva; Sed quod non debeat ob potentiam in hac vita
 restrictam. 29. Quæc. autem citra periculum erroris atq; hæreseos 29.
 ultro citroq; ventilationem admittunt, non simpliciter sunt as-
 firmanda vel neganda, etsi absurditatem vel contractionem inferre
 videantur; quin potius reconciliatione possibili sunt dividenda ac
 ac compenda. 30. Ita *πλουτολογεον* illud: *Ex nihilo nihil fit*, cer- 30.
 tum facit Philosophum integrum de mutatione Physica seu genera-
 tione; & minus incertum de creatione. Quomodo n. Metaphysi-
 cus causam aliquam infinitam, atque inde etiam infinitum agendi
 modum agnoscens negabit creationem Deo ut causæ tali infinitæ
 possibilem? 31. Pari modo, prudens Philosophus diversum sub- 31.
 animadvertens respectum admittet Propositiones: *Virginem parere*
& non parere; illam explicans de singulari operatione & superven-
 tu Virtutis altissimihanc de consæto naturæ ordine. 32. Et bene! Si 32.
 enim Philosophus creationem possibilem cognoscat, facile conce-
 Virginitatem & partum per potent. Div. compossibiles. 33. *Duo quod*
corpora non possint esse in eodem loco, obstaret eorum quantitas, &
 quan- 33.

- quantitatis effectus, qui est, rem loco suo commensurare, & sic in loco illo prohibere existentiam corporis alterius. 34. Sed jam factis à Philosophis est demonstratum; Quantitatem, ut accidens corporis externum à corporis Essentia Entitativa abstrahi posse. 35. Hoc dato, facilius licet probare, commensurabilitatem & repletionem loci, non facere ad quantitatis essentiam præcisè; quam quantitatem ad corpus. 36. Constat enim hæc tria in naturâ sese excipere; *Essentiam, Proprietates & operationes.* 37. Sed longè arctius proprietates cohærent cum ipsa rei quidditate; quam operationes propriæ, cum ipsa proprietate. 38. Ergo, si proprietates ab Essentia rei possunt præscindi, multo magis operationes à proprietatibus Essentiarum. 39. *Insuper* actus naturales omnino tolli possunt à causis, unde emanent, sicut ab igne tollitur ustio, à gravi, actualis, ut ita dicam, gravatio. 40. Jam verò quantitatis actus est rem loco suo commensurare, E. potest tolli à causa, quæ est quantitatis corporis naturalis vera proprietate. 41. *Tolli* per potentiam infinitam, manentem tamen potentia in Quantitate, qua apta est, rem loco suo commensurare, in quo quantitatis consistit actus secundus. 42. *Abstrahi* potest per rationem. 43. *Hinc Porisma:* Quicquid mens concipere potest absq; repugnantia rei essentiali notionaliter, id est per verbum mentis; id Deus præstare potest realiter &c. 44. Atque hanc duorum corporum existentiam in eodem loco, adeo possibilem statuunt Philosophi, ut *Fernelius* lib. 2. *Physiol.* c. ult. referat, aliquos dicere; *naturaliter id fieri posse.* 45. Quo enim tenet Aristotelis & Pythagoræ Sphærarum cælestium realis permeatio, quam ut eam ob subtilissimam corporum illorû materiam possibilem innuat. Quid dicam de corporum informatione Chymica, permixta & non confusa? Vide *Athanas. Kircher*, de arte magnet. lib. 3. part. 2. p. 532. in *Gassendum* in lib. 10. *Diogen. Laërt.* fol. 642. 46. Utur abstractio talis mente concepta multis non arideat, cum ex hypothesi non ex naturæ legibus proficiscatur: inde dicimus simpliciter, naturales hæc rerum proprietates potentiâ & virtute divina abstrahi circa ullius Philosophi contradictionem vel impossibilitatem inferentis iudicium. 47. Deniq; assumatur Hypothesis dicentium; *Nullum corpus quantum esse posse sine repletionem loci*, in qua commensurerur locus magnitudini corporis. Et subsumatur

ex

ex *Math. 19. v. 24. &c.* Quoddam corpus, ut *Cameli* potest esse sine repletionem loci &c. & animadvertatur absurda *Conclusio*, non nisi ex prædicato Majoris seu Medio termino absurdo suborta. E, quoddam corpus *Cameli* non est corpus: 48. Neque valet, Reformat orū. *Philosophantium* *αποφύγων*; Hyperbolicam vel hypotheticam hanc Christi fuisse locutionem; nam propriam fuisse, ex subjunctis licet concludere verbis: *Apud Deum non est impossibile omne verbum.* 49. Sed quid ad hoc, *unum corpus non potest esse in pluribus locis*, regeret Philosophus sobrius? Scilicet, quod non major sit repugnantia, ut unum corpus sit in pluribus locis, quam ut duo corpora sint in uno loco. Atqui duo corpora divinā potentia & abstractione mentali, possunt esse in uno loco; ut demonstravimus; E. unum quoq; corpus potest esse in pluribus. 50. Imò *Trinitatis* mysterium non absurdum esse, etsi illud ex singulari revelatione S. *Scripturæ* nobis sit patefactum, fatetur Philosophus; hinc eandem potest sibi imaginari & per rationes licitas, & per similitudines: de quibus vide *Gerhard. Tom. 1. Locor. Theol. in doct. de Tribus Elohim cap. 12. & c. 13.* ubi probat, quod & præcis Philosophis *Trinitas* fuerit nota; adde *Odoardum Barbosam apud Ramisium Tom. 1. fol. 295.* ubi testatur *Bramines* *Indiæ* *Presbyteros* imagines habuisse, quæ ternarium numerum præfigurarunt. It: fol. 307. memorat, incolas istos numerum hunc admodum honore prosequi, atq; à mundo condito hunc cultū sese accepisse profiteri, confer etiam additamenta *Christop. Arnoldi ad Abrah. Rogeri Januam de Relig. Ethnici cap. 7. §. 592. seqq. 51.* Ex quibus omnium apparet, quid respondendum sit ad illud *Tertulliani*; *Philosophos esse hæreticorū Patriarchas*; concedendo hoc de Philosophis; minime de Philosophia, & negando de Philosophis orthodoxis, ac pariter de Philosophia sobrie tractatā. 52. Quod autem *Hæretici* hæreses suas ex *Philosophia* defenderunt; non magis officit *Philosophiæ*, quam quod *Hæretici* ex *Scripturæ* S. malè intellectā hæreses cudant & defendant. 53. Removeatur igitur particularis abusus, & usum habebimus satis amplum atque licitum. 54. Sed nolumus hisce longius immorari, detenti hætenus in maximè necessario statu *Controversiæ* Principio de existentiā *Metaphysicæ* comprobando. 55. Pergamus ad evolutionem nominū *Metaphysicæ*. Verba enim sunt signa

B

recum,

56. rerum, & sub verborum involucris res ipsas exhibemus. 56. Ca-
 vendum tamen, ne inani λογισμαχία rem omnem reddamus ob-
 scuram ac intricatam, ossibus, non in medulla contenti, corticem non
 57. arborem ponderantes. 57. *Metaphysica* est nomen origine græcum,
 ex Adjectivo Φυσικός & Præpositione μετά, quæ & post & trans
 58. seu supra significat. 58. Desumpta est hæc appellatio ex titulo li-
 brorum Aristotelis, qui hæc rubrica ἐπι τῶν μετὰ τὰ Φυσικὰ
 insigniti fuerunt a Theophrasto vel *Andronico Rhodio*, qui opera A-
 ristotelis primum in ordinem redegisse, & publicasse creditur, teste
 59. Ammonio in libr. de Interpr. 59. Prout autem Præpositio hæc
 græca μετά, vel per Post, vel per Trans, vel per Supra redditur,
 ita etiam titulus hic græcus latine sonabit: De iis quæ vel postnatura-
 60. ralia, vel transnaturalia, vel supranaturalia sunt. 60. Ex græco hoc
 titulo, ommissis duabus particulis ipsum titulum incipientibus, item
 61. articulo Neutro τῶ, supersunt duæ voces, μετὰ & Φυσικὰ: Ex qui-
 bus in unpm contractis nascitur nomen *Metaphysica*. 61. Ita vox
Metaphysica latinitate dotata, pro duplici explicatione Propositio-
 nis, μετὰ Latinis & *Postnaturalis*, & *Trans*-seu *supra-Naturalis* audi-
 62. et. 62. *Postnaturalis* dicitur, non propter rei consideratæ seu Obje-
 cti ignobilitatem, & naturalem posterioritatem, quasi objectum,
Metaphysicæ ignobilius, adeoque natura posterius esset objecto *Phy-*
 63. *sicæ*. 63. Nec talis dicitur, ac si post *Physicam* esset discenda. Sed
 γενέσει seu inventione, quod Aristoteles μετὰ τὰ Φυσικὰ; id
 est conscriptis libris *Physicis*; hæc *Metaphysicæ* compilarit;
 64. 64. *Transnaturalis* dicitur; non, quod tradat merè supra naturalia,
 65. & transcendentia. Prima enim Principia 65. item substantia,
 quantitas, qualitas, actus, potentia &c. talia sunt, quæ simpliciter ex
 numero naturalium rerum excludenda non sunt, & tamen ad *Me-*
 66. *taphysicam* referuntur. Igitur nec merè transnaturalia *Metaphy-*
 66. *sica* tractat, multo minùs ex vocabuli significatione id sequitur.
 67. 66. Sed quia de Deo, ejusq; attributis plurima *Metaphysica* demon-
 67. strat; hinc ex parte verum est, quod asserat nonnulla supra naturam
 rerum corruptibilium seu naturalium collocanda. 67. *Ad Homonymi-*
 68. *am* *Metaphysicæ* referunt nonnulli; dum dicunt, eam sumi vel la-
 68. te vel strictè. 68. *Latè*; prout non solum contemplationem Entis
 in

in præcisâ & abstracta suâ ratione ab inferioribus quibusvis, sed &
 Substantiæ immaterialis, tum in communi, tum in particulari, seu
 secundum species, ut sunt, Deus Angelus, & anima rationalis, spe-
 ctatam includit. 69. *Strictius* vero, prout notat scientiam & co-
 gnitionem Entis solum in præcisâ sua ratione, dimittendo Spiritum
 seu substantiam immaterialem ad peculiarem Disciplinam, quæ
 Pnevmatica seu Pnevmatologiâ dicitur. 70. Quid proinde detali
 acceptione Vocis sentiendum sit, mox mox dicemus in Objecti con-
 sideratione Metaphysicæ competentis, ne saltum hic facere vide-
 mur. 71. *Dignitatem* Metaphysicæ illustrem reddent instar satelli-
 tum Synonymiæ tum propriæ, tum Metaphoricæ, dum dicitur *Phi-*
losophia, absolute; & cum additô Philosophia prima. Sapien-
 tia, & quidem prima; Theologia, Prudentia, Ontologia, Princeps,
 Domina, Regina Scientiarum &c. *Illæ* Metaphysicæ conveniunt
 interne, hæc externe, & denominativè. 72. *Philosophia* dicitur ab
Arist. 4. Metaph. 2. non tantum κατ' ἐξοχὴν vel κατ' ἀντινομασίαν,
 quia principalis & nobilissima pars Philosophiæ est, sed etiam, quia
 virtute universam Philosophiam complectitur, dum scilicet considerat
 Ens, quod virtute suâ omnes in universum res continet. 73. Dici-
 tur *Philosophia prima* 6. Metap. c. 1. non tantum, quia de rebus tali-
 bus tractat, quæ propter summam suam communitatem in univer-
 sum omnium primæ sunt, sed & ex intentione Arist. respectivè, ra-
 tione Physicæ, quæ Philosophia secunda dicitur sapius, seu Sapien-
 tia secunda 4. Met. c. 3. §. 20. 74. *Sapientia* & quidem determi-
 nate Sapientia Prima 1. Met. 2. quia res altissimas & difficillimas tra-
 ctat, & ex principiis primis & universalissimis, universalissimas eli-
 cit conclusiones, &c. 75. *Theologia*, 6. Metap. 1. & lib. 11. c. 6. quia
 res divinas & à materia liberâ adeoque immateriales, tum secun-
 dum Essentiam, tum secundum Indifferentiam rimatur & investigat:
 Determinatè Theologia Naturalis dicitur, ea tractans, quæ de Deo,
 aliisq; rebus immaterialibus per naturam, ejusq; principia sunt co-
 gnoscibilia. 76. *Prudentia* dicitur, 1. Metap. c. 1. §. 29. non quidem
 secundum Essentiam, quando quidem Prudentia habitus practicus
 est; Metaphysica autem Theoreticus, sed secundum analogiam &
 similitudinem quandam; nempe, sicut Prudentia in Practicis, ita
 illa, Metaphysica scilicet in Theoreticis Disciplinis excellit, maximèque
 est

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77. est expetenda. 77. *Dialecticam* Metaphysicam vocari à Platone
 78. lib. 7. de Republ. fol. 616. docet Pererius lib. 1. Philos. c. 12. 78. *On-
 tologia* saluatur à neotericis Philosophis, sumptâ appellatione ab
 79. objecto, quia Ens speculatur, sermonemq; de Ente instituit. 79.
 Præter hæc nomina realia & vera, dantur quoque alii tituli honora-
 rii; ut cum dicitur ἀρχιπικτωνικωτάτη; *Princeps ac Domina*, quia
 ab ipsa tanquam generali Disciplina reliquæ omnes pendent ac diri-
 guntur: ἀρχικωτάτη 1. Met. 2. *Certissima* dicitur, certitudine sc. Ob-
 80. jecti, hoc est Entis, & principiorû, non certitudine subjecti seu mentis,
 ratione probationis eminentis, non demonstrationis in omnibus evi-
 dentis qualem agnoscit Mathesis. *Sapientia* dicitur, capitâ rationem ha-
 bens in Scientiis reliquis 6. Ethic. 7. 80. Proprio quoque nomine por-
 est Metaph. *Scientia* proclamari, quod ex superiori Sapientiæ epi-
 theto inclarescit. Ea anim *Scientia* est τῶν πρῶτων τῆ φύσει;
 hoc est, eorum, quæ sua naturâ sunt honoratissima, VI. Ethic. cap. 7.
 81. 81. Sed ad *Objectum* Metaphysices purificandum nos accingamus;
 Cardo enim hujus *Scientiæ* totus in eo consistit. Quomodo enim *Sci-
 entia* potest pertractari, si de *Objecto* ejus genuino nom constiterit.
 Et fateor rem esse hanc maximæ indaginis; verum manum de ta-
 82. bulâ modo dimovere non tam curiositatis, quam incuriæ præfer-
 ret notam. 82. Dico igitur: *Objectum* Metaphysices est Ens qua-
 tenus Ens: sed non tantum, nisi ad illud revoentur Principia pri-
 ma, ejus operationes & attributa, quæ sanè se non habent ut Ens,
 83. quatenus Ens. 83. Fallaciam igitur à dicto secundum: Quid &c.
 committunt, prius delibatum membrum pro solo *Objecto* Meta-
 physices venditantes. Nullibi enim dicit Aristot. Ens quatenus
 84. Ens solitarium Metaphysices esse *Objectum*, ut ut asserat; *Metaphy-
 sicam* de Ente, quatenus Ens est, agere. 84. *Objectum* enim quod
 Principia, Affectiones, operationes, species & partes habet, & in
 nulla alia Disciplina considerari potest; quia naturâ suâ (non quia
 hic vel ille ita cogitat & considerat) res est distincta, constituit, &
 postulat sibi Disciplinam, ut declareretur per Definitiones Divisiones,
 85. aliosq; modos. 85. Ita Ens, cum habeat sua Principia, affectiones,
 operationes &c. quodq; in nulla alia Disciplina considerari potest,
 sua natura requirit Disciplinam, ut per illa possit declarari. Si au-
 tem

gem Ens cum cœteris requisitis in Scientia quadam est declarandum utiq; non solum abstractis illis erit objectum ejus scientiæ in qua tractatur, nisi à potiori, ut Ente denominationem fieri posse dicas. 86. Atque hoc est formale Entis, habere Principia, Affectiones, Operationes; At, sicut illud ab Ente sejungi nequit, ita nec hæc. Veluti enim Quantitatis, ut Objecti Mathematices formale est, habere materiam sensibilem abstractam; ut verò Objecti Physices; habere materiam sensibilem corporalem. Ita Metaphysices Formale est habere Ens, sed habens Principia &c. 87. Ex hac ratione apparet, quomodo illud *Quatenus*, dum dicitur Ens quatenus Ens, genuinè debeat exponi; Scil, ut reflexionem habeat ad Formale Entis, quod est descriptum, non nudè ad vocem Entis. Hoc sensu, Ens quatenus habet Principia, &c. est objectum Metaphysices. Prout enim ineptè dicerem: Quantitas, quatenus Quantitas est Objectum Mathematices, Physices; nisi restringerem; Quantitas, quatenus habet materiam abstractam est Objectum Mathematicos, quatenus materialis, Physices; Ita ineptiæ in dictis splendide & apparenter ederent applausum. 88. Inde clarius patet; quod Ens Metaphysicum differat ab Ente Logico: scil. per talem rerum connexionem: ut Ens cum omnibus annexis Metaphysicam impleat, non verò Logica; quod tantum tractat Ens quatenus Ens, hoc est, Ens per usurpationem vocis, applicando deinde suis terminis Logico-artificialibus. 89. Porro supra vidimus; Metaphysicam salutatam fuisse Scientiam. Tria autem esse, circa quæ Scientia versatur passim inculcat Philosophus; scil. Genus; Principia & Affectiones. Dicta fuit Sapientia. At quid sapientia est? Nonne intellectus primorum Principiorum? Ita sane definitur 6. Ethic. 7. E. Objectum Metaphysices non tantum erit Ens; sed & reliqua dicta eò referenda. 90. Cœterum illud *Quatenus* cum & specificativè & reduplic. sumatur; de Ente intelligendum dicimus; non specificativè, ac si Ens secundum aliquam partem, & ratione affectionum vel Principiorum esset Objectum Metaph. Nec reduplicativè, hoc sensu, Ens, quoad nomen; qua Ens, quæ est *Equivocum*, est Objectum. Nisi hoc modo *Tò Quatenus Reduplicativè* sumatur, ut causâ innuat propter quam Ens Objectum sit Metaphysicæ; nempe, juxta alios quod Ens in communi & præcisa ratione cum suis Principiis & Affectionibus ibi

91. consideretur. 91. Multò minus rò Quatenus hic sumitur reduplicative, prout notat universaliter Subjecti, aut Prædicatum convenire omni Subjecto: Qua ratione talis Propositio Reduplicativa æquipollet universali; prout in Logicis traditur, quod à rò. Quatenus ad rò omne valeat Consequentia. Ita cum dico: Ens quatenus ens; haberet hunc sonum: Omne Ens est Objectum Metaphysicæ. Quod falsum. Ens quidem in universali hic consideratur, non tamen universaliter omne: Sic enim omnes ceteræ Disciplinæ perirent, omniaq; scibilia uni Metaphysicæ essent vindicanda. 92. Præterea, Principia cum Ente unum constituere Metaph. Objectum; vel ex hoc patet, quod Relata sint simul; item quod una Relatorum sit Scientia: Principia autem quæ referuntur ad id, cujus sunt Principia, sunt Relata; E. conjunctim in una Disciplina, qualis Metaphysica, Ens, ejusq; Principia sunt tradenda. 93. In defectu igitur peccant, qui Ens, quatenus Ens selectâ doctrinâ Principiorum Objectum Metaphysicæ proclamant. Inde alii de Ente peculiarem Scientiam, *Ontologiam*; alii de Principiis communissimis *Noologiam* fabricant præter rem, & necessitatem. Hæc omnia enim in Metaphysica combinantur. 84. Nec valet Instantia, Una Scientia unum tantum habet Objectum; E. à Metaphysica varietas objectorum, quam & Entis & Principiorum consideratio inferre videtur, est eliminanda, & utraq; peculiariter tractanda. 95. Regero enim, una Scientia unum quidem habet Subjectum, sed non necessariò numero unum. Physica non desinit esse una Scientia, licet de homine, planta, cælo, elementis, aliisq; agat, omnia enim hæc revocantur ad Substantiam mobilem. Pari modo non distinguunt Metaphysicam, Entis prima Principia, Affectiones, operationes, cum intimè cum Subjecto suo coherent, & ad Ens ut Ens revocentur. Et quot, quæso, erunt Scientiæ, si peculiaris de Ente conceptus sufficiens esset, ad formandam, specie distinctam Scientiam & Disciplinam? Quis negat, Unum, Verum, Bonum, & alia peculiarem de Ente conceptum indigitare? Suntne autem propterea, Unius, Veri, Boni &c. considerationes ab Ente præscindendæ, & peculiari pro quovis articulo, Disciplinæ reservandæ? 96. Non nego pleniorum & suffarcinatam exemptæ cujusdam materiæ dari posse Tractationem Ex. gr. in peculiari consideratione Entis, (unde *Ontologia*) in evolutione

evolutione peculiari, Principiorum, (unde *Noologia*) in *Entis* nobilissimi, ut Dei meditatione (unde *Pneumatica*) & sic porro; in peculiari vel Unius, vel Veri, vel Boni, vel Totius & Partis, vel Subiecti & adjuncti &c. enodatione. Verum non sequitur *E. hæc omnia specie differunt ab Ente, neque Enti ut Enti involvuntur, neque illuc ubi de Ente agitur possunt reduci.* 97. Necest, ut tale absurdum obrudatur, scilicet; Si in *Metaphysica* & Principia debeant tractari, utiq; & Principia erunt causæ *Entis* nobilissimi Dei scil. 98. Sed nulla est consequentia ex hac data Instantiâ, *Physica* agit de pluvia grandine, nive &c. *E. pluvia, grando nix sunt causa cæterorum omnium, quæ in Physica docentur; Quod enim Principia in Metaphysicis inculcentur, non sit hoc eo præcisè sine, ut sint Entis summi vel Efficiens, vel materia vel forma, vel finis; sed per hæc Principia & quidem tam complexa quàm in complexa probatur, Deum esse omnium rerum Principium, à Deo esse omnia, omnia ab eodem conservari & propter eum gubernari.* 99. Nec valet istud *καθ' ὄψιν*; quod dantur Principia in abstracto consideranda, quæ nulli objecto applicari possunt, adeoq; in actu signato explicanda. *Metaphysica* autem, cum de Principiis agat, faciat hoc in actu exercito applicans certo Objecto, *Enti* scil. *E. Illis relinquitur peculiaris Scientia, Intelligentia, scilicet in qua tradenda sunt.* 100. Verum enim verò, quære inde liceret, num *Ejusmodi* Scientia superior vel inferior foret *Metaphysicâ*? Si superior, utiq; *Metaphysica* non erit *Philosophia prima*; si inferior, utique repugnat hoc Principiis omnium generalissimis & primis, inferiorem agnoscere disciplinam. 101. Sed fortius adhuc nos stringere videntur adversæ sententiæ affectæ atque Patroni. Si *Deus* ut *Ens Nobiliss.* non agnoscit Principia in complexa, materiam, formam, Efficientem & finem (non esset aliàs ultimum, neque propter se, sed propter aliud, & ab alio scilicet priore) utiq; nec *Ens* in genere sumptum, abstractum ab omni Substantia, quo nihil est prius, & in quod omnia resolvuntur, agnosceret Principia talia. 102. Verum multa hic in circulum revocantur: nempe (1.) num *Ens* ad *Deum* & cætera *Entia* se habeat ut genus. (2.) Num possit dici *Genus univocum* vel analogum? (3.) Num dari possit *eiusmodi Ens*, quod esset abstractum ab omni Substantia etiam *Enteentium Deo*. (4.) Num à proprietate unius *Speciei* (ut hoc

97.

98.

99.

100.

102.

103. hoc l. illis dicitur Deus) singulari, valeat argumentatio ad Proprietatē Generi applicandam, ut Enti in genere abstracte sumpto? 103. Quò minus operam perdere videamur in primam & secundam instantiam referendam, replicamus ex hypothēsi. Habeat se Ens ad Deum seu speciem optimam, velut Genus, & quidem ut Genus univocum (Analogum enim improprie esset Genus dicendum, unde ultro rueret hypothēsis) num inde sequitur; quod valet de specie, id valet etiam de Genere; Sed de specie optima, ut Deo valet, non habere principia. E. & de Genere valebit, Ens sc. ut Ens non habere Principia. Si autem Ens ut Ens non habet Principia, utiq; ubi docetur de Ente, non necesse est, doceri de Principiis Entis; & ita separatæ nascuntur Scientiæ. 104. Multa sane attributa, speciei etiam optimæ non competentia dantur, quæ tamen conveniunt Generi. Ita Homini, ut speciei Animalis optimæ non competit esse quadrupedem, volatilem &c. sed quis negabit, totia recte assignari animali; ut Generi. Sic ponatur Deo ut speciei Entis optimæ non convenire Principiorum præmissis incomplexorum natura & attributa; inde non sequitur italia Enti ut Generi esse deneganda. Si a. Enti non sunt deroganda, utiq; semper & ubivis combinanda. 105. Monstrum Entis esset, si quod dari posset abstractū ab omnibus Principiis suo genere & incomplexis & complexis; unde sequitur: E non habebit Ens peculiarem tractationis sedem, absq; iis. (unde hoc loco obiter notandum venit Argumentum etiā contra *Pneumaticos* assertores) 106. Evolvatur tantum Arist. lib. 1. Met. c. 3 & alibi, & apparebit, quibus modis inculcet Objectum Metaphysices habere Principia Essendi seu incomplexa, quodque de his in Sapiencia prima sit agendum. 107. Legatur quoque Arist. lib. 1. Met. c. 2. & apparebit, quod primarum causarum seu Principiorum intellectus pertineat ad Sapienciam; Metaphysica autem est Sapiencia. E. (Sapiens autem ille est, qui omnia in universali scit & cognoscit. Scire autem est res per causas cognoscere, quales sunt. Principia incomplexa; Materia, forma, finis, Efficiens. 108. Neque crediderim ullam dari Metaphysicam, in qua non fuerit actum, de talibus Principiis Internis & Externis. Dicant autem qua ratione id factum sit; num proprie vel improprie. Si improprie, utiq; aliena sunt & allorria fuerunt hactenus Objectū Metaphysicæ, quæ merito abesse debebant. Si proprie;

prie; Nostra factum id sententiã. 109. Inspiciat quispiam libros
4. Arist. Metaphyl. priores, & habebit ad exemplum, Principiorum
compendiosam tractationem Metaphysicã debitam & competen-
tem. 110. Ingenue pariter fateri cogor, quo tendant illi subtilis
distinctiunculæ comites atque satellites, scil. aliud esse Principia
dari in Metaphysica, & aliud, dari Principia Obiecti Metaphysici
Illa concedendo hæc abnuendo, me ignorare. Quantum enim pos-
sum perspicere, video eos inter Metaphysicam & Obiectum Meta-
physices fecernere. Quod eatenus concedendum, quatenus inter
Totum (ut Metaphysicam) & Partem ejus (ut hoc loco Ens) con-
sideratio intercedit, verum conjunctim sumptas partes Toti æquiva-
lere quis negabit. Si Metaphysica præcindi debet & ab Ente, &
à Principis, quiderit? Chymera, prætereaque nihil. (2) Si dantur
in Metaphysica Principia cui erunt applicanda? Metaphysicã non
conducat in abstracto, remoto Obiecto; quid enim demonstrare
debeat de ea? Scilicet, vel num sit, vel quid sit. Prius est obscu-
rum, nisi alterum subjangatur. Hoc vero realem & objectivam ejus
exhibet naturam. Metaphysica vero exhibet Principia, & Princi-
pia exhibent Metaphysicam. Unde manifestus circulus. Ergo
applicanda erunt Obiecto Metaphysico; quod est Ens; quæ duo
conjunctim supra efficiunt Metaphysicam. III. Sed proprius ad
ignem: Principia illa imprimis axiomata prima: ut Totum est
majus qualibet sua parte, Impossibile est, idem &c. propria inven-
tione & experientia ex iis, quæ per sensus observantur, possunt ac-
quiri. Si autem hoc modo possunt acquiri, non opus est ulla Di-
sciplina, in qua debent doceri aut disci. 112. Quemadmodum
enim nemo doceri potest, quod ignis sit calidus, sol splendeat, quod
hic homo, qui videtur oculis, ambulet aut currat (per sensum namq;
hoc evidens est) sic & nemo doceri potest, quod prima ista Princi-
pia sint vera, quia horum notitiam quisque propria inventione &
experientiã sibi acquirit. 113. Hinc passim docet Aristoteles, quod
Principia Scientiarum non discantur in scientiis sed præciantur.
Sicut illum; inquit in 1. Meth. 6. qui Geometriam discit, aliqua qui-
dem præscire contingit, quorum v. Scientia est, & quæ docendus
est, nihil præscit, ita & in aliis. Quænam autem sunt illa, quæ di-
scens Geometriam præscit? Principia. Neque enim Geometra
discipu.

C

discipulum admiserit, qui non prænovit, totum esse majus parte, ab æqualibus si æqualia demantur, quæ remanent, esse æqualia; ita quid sit punctum, quid linea &c. 114. Principia ergo non discuntur, sed præsciuntur, & quidem per *experientiam*, *cujus* propria est, cujusque Principia manifestare 1. Prior, 30. §. 3. Præsciuntur etiam per inductionem, quæ experientia nititur 2. Post. Analyt. c. ult. Unde & inductio vocatur Syllogismus *τῆς πρώτης καὶ ἀμέσως προτισεως* 2. Prior Anal. 23. §. 12. Primæ & immediatæ Propositionis ob defectum medii. Ita cum Principiorum dari non possit mediam, hinc per inductionem inferuntur. Si autem Principiorum non dantur causæ utique nec scientia. Si non scientia, ubi igitur poterunt doceri, 115. Cum a. Principia ad aliud docendum referuntur, dum sunt Principia Conclusionum, quæ ex iis deducuntur. Reducuntur a. ad eandem Disciplinam, in qua Conclusiones considerantur. 116. Principium enim & id, cujus est Principium, sunt relata (ut supra tetigimus) Relatorum autem, *imò* in universum omnium oppositorum eadem est scientia, velut nigredinis & albedinis, virtutis & vitii, lucis & tenebrarum, Entis & non Entis, Patris & Filii &c. Unde & per inductionem constat, quod Principia, & ea, quorum ista sunt Principia, ad eandem pertineant scientiam. E. gr. Ubi igitur de numero, ibi & de principiis numeri, v. gr. de unitate, utrumque autem sit in Arithmetica; ubi de Magnitudine, ibi de Principiis magnitudinis, de punctis. Ita Grammatica considerat orationem & principia orationis, elementa, seu literas & syllabas. Analytica Syllogismum & Principia Syllogismi, Propositiones & terminos, Physica substantiam Mobilem, ejusque Principia, materiam & formam. Politica Remp. optimam & Principia, inter quæ primum est finis ultimus, beatitudo civilis, & ita porro. Nec ullam hic dederis instantiam. 117. Sed inquires. Si Principia non docentur, neque agnoscunt ullam scientiam. E. neque Metaphysica ut Scientiarum Princeps illa tractabit. Deinde expressè Arist. ipse Principia requirit inscientia petra tractanda, dum tria esse, ait, circa quæ scientia aliqua, aut disciplina versatur, nempe genus, dignitates (Principia) ut demum affectiones, confer modo lib. 1. Post Anal. 7. 118. Resp. Consequentiam nullam esse; Si Principia non

non possunt in hac vel illa scientia scientificè tractari, E. nullo modo
possunt eo reduci. Concedimus & in Metaphysica Principia hoc
modo non debere tractari, licet declarativè id fiat. Neque Arist. ea
ratione ad scientiam facere Principia indigitat ac si doceri & demon-
strari debeant ibidem, sed alio sine. Ipse enim dixit, scientia est ha-
bitus demonstrativus 6. Eth. 3. & 1. Post c. 11. Principia autem sunt
divinamenta, neque sciuntur propriè sed intelliguntur 1. Post. 3. S. 4.
seq. E. eo sine traduntur, quo possint si opus sit, illustrari, per in-
ductionem probari, utpote ex quorum præ cognitione omnis scientia
nascitur. Ita fuerunt olim, qui hæc Principia improbarunt, ut
Renatus Cartesius lib. de Princip. Philos. & de Methodo; quem se-
quitur est in Batavia Henricus Regius Ultraject. ir. Adr. Heereboordi-
us, Leyd. Prof. 119. Quod autem Metaphysica sibi reservet Prin-
cipia talia inculcanda, id satis probatum fuit, & clarius adhuc pa-
ter. Certum n. est, quod Principia non reperiantur, nisi in genere
Entium. Non Entis enim, quomodo erit Principium? Habet au-
tem quodlibet Ens sua Principia si non effendi, cognoscendi tamen,
quæ partim cuique rei sunt propria, partim omnibus communia
lib. 1. Post C. X. §. 5. seqq. Illa sunt quidem prima, verum in certo ge-
nere, verb. gr. in genere orationis, elementa s. literæ; in genere Syl-
logismi, termini, in genere substantiæ mobilis, forma, & materia, &
sic in reliquis. Hæc a. absolute prima, & omnibus communia,
qualia sunt: Impossibile est, idem simul esse & non esse; Quodlibet
est vel non est &c. Et hæc Principia non sunt hujus aut istius Entis,
sed Entis in genere æquivoci s. Entis, qua Ens est. Ens autem qua Ens,
considerat Philosophia prima, Metaphysica aliàs dicta. Hujus ergo
erit prima ista considerare Principia, non Noologiæ. 120. Dein
præsupponere, quod Principia ista in se vera sint, aut id simpliciter
cognoscere, sapientem nondum facit, cum quisque rusticus id co-
gnoscat, sed Principia ista explicare, quoad terminos, ignorant, &
probarè contra pertinacem adversarium, item conferre inter se &
quodnam sit primum inter ista manifestare, hæc demum sapientis
sunt propria. At hæc Aristot. in IV. libris Metaph. prior: tam ac-
curate expedit, quam Noologorum vix ullus. 121. Et quæ sodes
alia scientia explicaverit ista Principia; Totum est majus sua parte,
Æqualia &c. quoad terminos, quam Metaphysica, cum consistit ex
talibus

119.

120.

121.

122.

ralibus terminis, qui Enti, aut iis, quæ iis quæ Ens, qua ens est, sequuntur, accommodantur, ut sunt idem, totum, majus, pars, &c. qui termini in nulla scientia, præterquam in sola Metaphysicâ explicantur, quippe quæ Ens qua Ens, & ea, quæ perse Enti insunt contemplatur 122. Metaphysicæ autem munus esse confirmare prima scientiarum Principia, quæ ab alia aliqua scientia non confirmantur, vel hoc unico exemplo dabo probatum, Gemetra non disputat adversus negantem hoc Principium: Totum est majus quavis sua parte, sed ut certum præsupponit: negantem autem hoc, ad Metaphysicam remittit, quæ id probat, definiendo terminos, ex quibus Principium hoc constat, hoc modo: Principio definit id majus, quippe, quod Prædicatum est, cujus potissima est habenda ratio in probationibus. Dicitur autem majus, quod tantum est & ultra. Hinc Syllogismus: Quod tantum est & ultra, quàm singulæ partes, id majus est, quàm singulæ partes. Totum est tantum &c. E Quod si minorem quis in dubium vocet, probat eam rursus ex Definitione Totius, quæ hæc est. Totum est unum, quod continet plura (plura autem hæc, ipsæ partes sunt) quæ ita continentur, ut ex iis sit unum aliquod tale. Unde Syllogismus: Unum quod continet plura, tantum est, quantum singula & ultrâ. Totum est unum, quod continet plura scilicet partes. E, totum tantum est, quantæ sunt singulæ partes & ultra.

123.

123. Quod si quis in his Syllogismis, concessis præmissis, neget Conclusionem, sumatur Conclusionis contradictoria, eiq; adjectâ alterutra præmissarum, inferatur conclusio alteri Præmissarum. è diametro contradictoria. Unde quis perspicit, aut conclusionem ante illam veram esse, aut duo contradictoria esse simul vera, quod impossibile est, juxta primum Principium axiomaticum. Et sic consequenter, 124. Sed nolumus hæc diutius immorari, falsæ hæcenus hypothesi veram annexuri sententiam.

124

Scilicet, cum Metaphysica sit intellectus primorum Principiorum, & Scientia rerum naturâ præstantissimarum, habebit pro objecto *Ens qua Ens* quod absq; Substantia immobili, Ente nobilissimo considerari nequit; & illa, quæ ad illius Entis explicationem faciunt, ut sunt Principia & complexa & incomplexa prima, secundum Aristotelem lib. 6. Met. c. 1 in f. Quod si est aliqua Substantia immobilis hæc prior, & Philosophia prima & Universalis, sic, quod prima; & de Ente, prout Ens est, ac quid est, & quæ ei insunt, prout Ens est (non prout abstractum quid est,


AUB

aut præcisum, juxta alios) speculari, hujus est. 125. Nec est, ut quis
dicat, hac ratione descensum ad inferiora (Deum scil.) manifesto
concedi, quod absurdum foret in Scientia tali Generalissima. 126.
Nam, ut taceam, Ens de Substantia, non dici ut genus de speciebus,
sed tanquam æquivocum de æquivocatis, & per consequens ubi il-
lud non datur, nec descensus ad inferiora stricte sumendo erit metu-
endus, dico, non omnem rei cujusdam considerationem singula-
rem, descensum esse dicendum ad inferiora; sed eam, quæ fit ad de-
terminatas naturas specificas. Sic enim Ens cum consideratur ut
complexum & incomplexum, ut Finitum & infinitum, ut causa &
causatum involveret descensum ad inferiora, nempe ad species;
quod similiter ἀποπν est. 127. Huc recurrit, Ens sine vero Ente, &
Ente quæ Ente, Deo non posse fingi, nec considerari, Deus enim &
divina præstantiora sunt Ente quatenus Ente, illo abstractivo, licet
millenas entitates, entitativitates præcitas addideris. Quid enim
Deo prius? Num Ens nostrum imaginarium? Nonne Deus quoque
ante præcisionem intellectus nostri est collocandus? Vocabis no-
men Entis & Deum, ut Ens & Substantiam nobilissimam vocitabis
cum omnibus divinis attributis naturâ quoque notis; hinc argumen-
tari licet. Qualis res est, in suo conceptu & abstractione mentis,
ita & extra talem abstractionem esse debet. Sed Ens in præcisio suo
significatu tale est, ut conceptum alium, ad Deum & alia dimissum
faciat. E. & extra talem conceptum præcisum Ens tale erit, hoc est
reale, scilicet imaginarium & φάντασμα. 128. Sed dices; hoc mo-
do sequeretur; nec animal, aliave genera rerum posse hoc modo
consistere, cum eorum esse etiam in abstractio & præcisio conceptu
circumferatur. Ubi enim datur animal in genere seu genericum in
rerum naturâ, ubi Virtus in conceptu suo generalissimo &c.? Ri-
omnino dari animal & alia genera Entium extra conceptum mentis
generalem, sunt enim in multis, & de multis prædicantur, habentque
fundamentum in re. Insuper omnia Generum prædicata, & pro-
prietates non sunt animalis; Virtuti &c. ex sua naturâ mentaliter
& obstractive conceptæ adscribendæ, sed acceptas referunt suis spe-
ciebus, ex quibus collectæ realiter, Generi conferuntur. 129. Pone
Universalis citra inferiorum attributa, ipsis Universalis collata, &
umbram pones, corpus & membra ei agglutinando, cum nihil ho-
rum in se requirat: ut ut umbram verius dicerem aliquid positi-
vum

130. vum, quã talia ficticia & non-Entia. 130. Sic esto Ens generale quippiam præcisum & à Deo & ab aliis; qualia habebit prædicata? Nonne jure, merito quàm implorare tenetur illa à suis inferioribus? Si a. hoc non? Specialia habebit sibi soli reservanda, & Enti ut Enti abstractissimo approprianda quod falsum. 131. Ob hanc rationem, quod generales ejusmodi conceptus fundamentum habeant in re, omnes potentia Activæ & Passivæ, quæ Subjectum perficiunt, ut objecta vera sensuum & intellectus, omnes qualitates substantiales ut calor, color ignis, gravitas terræ, Genera & differentia specierum, quæ definiuntur, Entia sunt positiva, adde, quod Ens tale præcisum in meros tantum conceptus animi cadat; sed tales non sunt attribuendi Scientiis, quia hæc de rebus non de vocibus & conceptibus mentis instituuntur. 132. Dein constat quod conceptus in ejusmodi abstractionibus unus non sit alius; & uno considerato non consideratur alius. Imò uno dato, non necessario datur alius, applicetur ad Entis ut sic generalissimi conceptus; & videbis, considerato & proclamato Entis nomine; indigitari quidem omnia indeterminate, sed non excludi ~~modum~~, hoc aliquid; deinde qualis erit conceptus Entistalis diversus, qui non coincidat cum Ente vel mobili vel immobili? Ubi dabitur conceptus in Ente generico unus, qui non dabitur in Ente vel mobili vel immobili?
133. 133. Denique valeat illud argumentum; quodcumque homini possibile est abstrahi per rationem ab alio, id Deo possibile est id effectui dare realiter per potentiam absolutam. Subsume; Atque homini possibile est (juxta aliquos) Ens abstrahere per rationem & à Deo & ab aliis Entibus. Ergo ridicula (conclude) promanat Conclusio, quæ oritur ex connexionem Majoris straminea. Quæ hunc in modum limitata suo gaudebit robore: scilicet. Quod homini possibile est abstrahi ab aliquo per rationem citra ejus contradictionem & per naturalem ejus rei non repugnantiam, propriamque inhaerentiam & competentiam; illud Deo &c. Sed subsumatur de Ente. Et res erit decisa. Nam impossibile est Ens abstrahere à mobili & immobili, per horum non repugnantiam, per Entis illius Generalissimi in Substantia Immobili vel immobili inhaerentiam; & naturæ talis Generalissimi competentiam, adeoque citra contradictionem. 134. Proinde sicut impossibile est, Deum ab Ente divellere, ita impossibile est, considerationem Dei generalem divellere à Metaphysica Ens tractante. Et sic exspirabit Pnevmatica. Ob quid enim diceretur Metaphysica

raphyfica Rerum naturâ Præstantissimarum Scientiâ; ob quid Theologia? 135. Nec juvat dicere: Conceptum Entis objectivum ab omni ratione particulari, sive ab omnibus membris Ens dividendibus etiam si sint simplicissimæ Entitates esse præcisum. Non enim potest determinari quid sit, quin potius nuncupato Ente, indigitatur aliquid, licet non aliquid certi determinati, at tamen necessariò determinandi. Audiamus modo ipsum Aristot. hac de re, præter morem clare satis, ut mirum sit, loquentem in lib. 7. Metaphys. c. 1. ab init. seq; Ens, inquit, multipliciter dicitur: significat enim (*determinate, non indeterminate, in præcisione abstractiva à mobili & immobili*) aliud quidem quid est, & quod quidem: aliud verò, aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur. Cum autem Ens toties dicitur, patet *primum horum Ens esse ipsum quid est, quodq; Substantiam significat.* Cum n. si dicim⁹, quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum: sed non tricubitus aut hominem: cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitus *sed hominem*, aut *Deum*: Cætera verò Entia dicuntur, eò quod Entis propriè dicti, quædam sunt Quantitates, quædam Qualitates, quædam Passiones, quædam aliquid aliud tale. Ubi clarè innuit, ad Quætionem, quid sit Ens; non esse respondendum, quod sit præcisum ab omnibus Entatibus etiam simplicissimis; sed esse vel Deum vel hominem; vel bonum, vel malum, vel tricubitus &c. brevibus: esse vel Substantiam vel Accidens. Et quid quæso respondebunt. Si more nonnullorum interrogavero; Quidnam sit Hujus Entis abstractissimi Formale, quid materiale? Materiale sane non poterunt exhibere in tali Ente, nisi formale dixerint causari Materiale, quod somnium esse scive. 136. Nec possum qui præteream, paululum ponderandam sententiam Scaligeri; qui putat Ens Metaphysicè sumpsum non rectè attribui Deo ex hac ratione, (quæ ex verbis suæ Exercit. 365. Sect. 6. p. 1125. non aliter potest erui quàm) quod Ens de Deo prædicetur denominativè adeoque hinc Argam. De Quoc. aliquid prædicetur denominativè & Paronymicè, in illo aliquid datur Prius & Posterius; atque de Deo &c. Inde Picus Mirandul. & Lippius Scaligerum sequuti *ivadent*: Deum non esse dicendum Ens, sed Essentiam, non unum, sed unitatem, non verum sed veritatem &c. Verum enim Verò; subtilitas hæc est præter rem. Scripturâ namq; interpretare Deus dici potest, bonus & bonitas, verus & veritas; Ens & Essentia, unum

non possunt in hac vel illa scientia sci
 possunt eo reduci. Concedimus &
 modo non debere tractari, licet decl
 ratione ad scientiam facere Principia
 strari debeant ibidem, sed alio sine.
 bitus demonstrativus 6. Eth. 3. & r. E
etiam deus, neque sciuntur proprie
 seq. E. eo sine traduntur, quo possi
 ductionem probari, utpote ex quoru
 tia nascitur. Ita fuerunt olim, qui
 Renatus Cartesius lib. de Princip. Ph
 quutus est in Batavia Henricus Regius
 us, Leyd. Prof. 119. Quod autem
 eipia talia inculcanda, id satis proba
 ter. Certum n. est, quod Principia n
 Entium. Non Entis enim, quomodo
 tem quodlibet Ens sua Principia si nor
 quæ partim cuique rei sunt propria,
 lib. 1. Post C. X. §. 5. seqq. Illa sunt qui
 nere, verb. gr. in genere orationis, ele
 logismi, termini, in genere substantiæ
 sic in reliquis. Hæc a. absolute pri
 qualia sunt: Impossibile est, idem sim
 est vel non est &c. Et hæc Principia
 sed Entis in genere æquivoci s. Entis, qu
 considerat Philosophia prima, Melap
 go erit prima ista considerare Principia
 præsupponere, quod Principia ista in
 cognoscere, sapientem nondum facit
 gnoscat, sed Principia ista explicare, c
 probarè contra pertinacem adversari
 quodnam sit primum inter ista manifi
 sunt propria. At hæc Aristot. in IV.
 curate expedivit, quam Noologorum
 alia scientia explicaverit ista Principia
 Æqualia &c. quoad terminos, quàm



the scale towards document

, E. nullo modo
 ca Principia hoc
 Neque Arist. ea
 oceri & demon-
 , scientia est ha-
 ipia autem sunt
 ar 7. Post, 3. S. 4.
 lustrari, per in-
 ne omnis scien-
 mprobarunt, ut
 modo: quem se-
 Heereboordi-
 di reseruet Prin-
 rius adhuc pa-
 , nisi in genere
 ? Habet au-
 ocendi tamen,
 us communia
 um in certo ge-
 ; in genere Syl-
 & materia, &
 us communia,
 te; Quodlibet
 aut istius Entis,
 autem qua Ens,
 ta. Hujus er-
 720. Dein
 it id simpliciter
 rusticus id co-
 s, ignorant, &
 ferre inter se &
 mum sapientis
 prior: tam ac-
 t. Et quæ sodes
 721.
 jus sua parte,
 am consent ex
 talibus

119.

720.

721.